



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 5. Hi Articuli ad quinque capita reducti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A. C. 1547.

§. V.

*Hi Articuli ad quinque capita
reducti.*

*Pallav. l. c.
4. c. 9.*

Verum prius circa Reformationem quinque examinabantur capita, quæ erant sequentia: *I. Ut impropterum rei consuleretur, tamque fortis agger hujus corruptelæ cursui opponeretur, prohibetur, ne videlicet Sacerdotia, quæ suapte natura mansionem exigunt possidentium, copularentur, aut commendarentur, nisi necessitas cogeret: hic abusus centum jam annos firmus adhuc persistebat.*

II. Quod etiam ad præteritum spectat, a singulis aufert Synodus possessionem plurium, quam unius Ecclesiæ Cathedralis, quocunque tandem nomine obtinerentur, quod etiam in Cardinalibus observatum est.

III. In minoribus Sacerdotiis potestatem Episcopis fecit expendendi legum laxamenta, per quæ a singulis fuerant impetrata, ex præscripto Synodi Lugdunensis, ac præterea, etiamsi ea rite impetrata completissent, eisdem injunxit, ut idoneos Vicarios constituerent, quibus congruentem proventuum partem attribuerent, ne animarum procuratio, & Ecclesiarum cultus ullo pacto negligerentur.

IV.

IV. Si hæ Sacerdotiorum conjunctio- Sæcul. XVI.
 nes non essent ad vitam possidentis, sed per- A C. 1547.
 petuæ, Episcopis commisit, ut cunctas eo-
 rum concessiones a quadraginta annis habi-
 tas, in examen revocarent, & , quamvis
 reipsa in opus deductæ fuissent, eas abroga-
 rent, ubi compertum esset, illas aut falso
 probato, aut vero occultato impetratas.

Postremo statuit, ut illæ, quæ infra
 quadraginta annos concessæ fuerant, quæve
 in posterum concederentur, coram Ordina-
 vio examinarentur, accitis iis, quorum in-
 teresset: atque ubi causis rationi consenta-
 neis illæ nequiquam niterentur, earum con-
 cessio tanquam per dolum extorta rejiceretur.

Verum circa hosce articulos varias
 quisque opiniones fovebat, ac non pau-
 ci insistebant dispensationibus, ex qui-
 bus tamen potissimam partem omnes
 corruptelæ invalescebant.

§. VI.

Diversæ Præsulum opiniones circa pluralitatem Beneficiorum.

Interim Præsulum nonnulli censebant, *Pallav. l. 9.*
 prohibendum esse, ne quis plura, *cap. 10.*
 quam tria beneficia simul possideret: a
 nonnullis vero sequens adhuc adjecta
 est clausula: *Si duo ex his annuum valo-*
rem trecentorum Philippicorum non attin-
gerent: Præterea hi ipsi existimabant,
Hist. Eccles. Tom. XXXIX. R quod